

Boží jména: světlo, pravda, věčnost, bytí

Conf. XI,9:

„V tomto počátku jsi Pane stvořil nebe a zemi, ve Tvém Slově, ve Tvém Synu, ve Tvé síle, ve Tvé moudrosti, ve Tvé pravdě ... Co je to, co mne osvěcuje a proniká mé srdce, aniž by je poranilo? Chvěji se hrůzou a hořím: Chvěji se hrůzou, pokud jsem mu nepodoben, hořím, pokud jsem mu podoben. Je to moudrost, moudrost sama, která mne osvěcuje a která roztrhává mračna, jež mne přikrývají, protože jsem od ní odpadl.“

In hoc principio fecisti, deus, caelum et terram, in verbo tuo, in filio tuo, in virtute tua, in sapientia tua, in veritate tua, miro modo dicens et miro modo faciens. ... quid est illud, quod interlucet mihi et percutit cor meum sine laesione? et inhorresco et inardesco: inhorresco, in quantum dissimilis ei sum, inardesco, in quantum similis ei sum. sapientia, sapientia ipsa est, quae interlucet mihi, discindens nubilum meum, quod me rursus cooperit deficientem ab ea.

Conf. X,23:

„Blažený život je totiž radost z pravdy: je to radost z Tebe, který jsi pravda, Bože, mé světlo, spásno mé tváře, můj Bože. Tento blažený život všichni chtějí ... radost z pravdy všichni chtějí. Zažil jsem mnoho lidí, kteří chtěli lhát, ale žádného, který by chtěl být obelháván ... Dosud je mezi lidmi málo světla ... Milují pravdu, když září, nenávidí ji, když usvědčuje. Protože nechtějí být obelháni a chtějí lhát, milují ji, když ukazuje na sebe samotnou, a nenávidí ji, když ukazuje na ně samotné. Proto jim pravda odplatí: odhalí, i když nebudou chtít, ty, kteří nechtějí, aby je odhalila, a sama se jim neodhalí ... A přesto se [lidský duch] i v tom stavu, když je na tom uboze, chce víc radovat z věcí pravdivých než falešných. Bude tedy blažený, bude-li se radovat ze samotné pravdy, díky níž existuje všechno pravdivé, aniž mu v tom bude bránit nějaká obtíž.“

beata quippe vita est gaudium de veritate. hoc est enim gaudium de te, qui veritas es, deus, inluminatio mea, salus faciei meae, deus meus. hanc vitam beatam omnes volunt ..., gaudium de veritate omnes volunt. multos expertus sum, qui vellent fallere, qui autem falli, neminem ... adhuc enim modicum lumen est in hominibus ... amant eam lucentem, oderunt eam redargentem. quia enim falli nolunt et fallere volunt, amant eam, cum se ipsa indicat, et oderunt eam, cum eos ipsos indicat. inde retribuet eis, ut, qui se ab ea manifestari nolunt, et eos nolentes manifestet et eis ipsa non sit manifesta ... tamen etiam sic, dum miser est, veris mavult gaudere quam falsis. beatus ergo erit, si nulla interpellante molestia, de ipsa, per quam vera sunt omnia, sola veritate gaudebit.

Augustin, De lib. arb. II,12,33:

„Proto v žádném případě nepopírej, že existuje *neměnná pravda*, která *obsahuje všechno, co je neměnně pravdivé*. O této pravdě nemůžeš říci, že je tvá či má nebo kteréhokoli člověka, ale že je přítomná a že se ukazuje společně všem, kdo nahlízejí neměnná a pravá [jsoucna], jako jakési podivuhodným způsobem skryté a zároveň veřejné světlo.“

Quapropter nullo modo negaveris esse *incommutabilem veritatem*, *haec omnia quae incommutabiliter vera sunt continentem*, quam non possis dicere tuam vel meam vel cuiusquam hominis, sed omnibus incommutabilia vera cernentibus tamquam miris modis secretum et publicum lumen praesto esse ac se praebere communiter.

Augustin, *En. in Psalm. CI,2,10*:

„Věčnost je samotnou Boží substancí, v níž není nic proměnlivého. Tam není nic minulého, jako by to již nebylo, ani nic budoucího, jako by to ještě nebylo. Tam není nic než *Jest*. Tam není Bude a Bylo, protože to, co bylo, už není, a to, co bude, ještě není. Ale cokoli, co je tam, pouze *jest*.“

aeternitas, ipsa Dei substantia est, qua nihil habet mutabile; ibi nihil est praeteritum, quasi iam non sit; nihil est futurum, quasi nondum sit. Non est ibi nisi, Est; non est ibi, Fuit et Erit; quia et quod fuit, iam non est; et quod erit, nondum est: sed quidquid ibi est, nonnisi est.

Augustin *En. in Psalm. CI,2,10*:

„Mělo svůj dobrý důvod, že Bůh poslal svého služebníka Mojžíše takovýmto způsobem. Mojžíš se totiž zeptal na jméno toho, kdo jej posílá ... A Bůh řekl: ‚*Já jsem, který jsem*‘, a ukázal se tak stvořené bytosti jako Stvořitel, člověku jako Bůh, smrtelníkovi jako nesmrtelný, časnému jako věčný... ‚*Já jsem*.‘ ‚Kdože?‘ ‚*Který jsem*.‘ ‚To že je Tvé jméno? To je celé jméno, jímž se nazýváš?‘ Mohlo by Ti náležet jméno ‚*bytí samo*‘, kdyby cokoli jiného ve srovnání s Tebou nebylo shledáno jako něco, co není opravdu jsoucí? ... Hle, veliké *Jest*, veliké *Jest*! Co je člověk v porovnání s ním? Co je člověk, ať už je cokoli, v porovnání s tímto tak velikým *Jest*?“

Merito sic misit Deus famulum suum Moysen. Quaesivit enim nomen mittentis se ... Et ille indicans se creaturae Creatorem, Deum homini, immortalem mortali, aeternum temporali: *Ego*, inquit, *sum qui sum ... Ego sum. Quis? Qui sum. Hoc est nomen tuum? Ho est totum quod vocaris? Esset tibi nomen ipsum esse, nisi quidquid est aliud, tibi comparatum, inveniretur non esse vere? ... Magnum ecce Est, magnum Est! Ad hoc homo quid est? Ad illud tam magnum Est, homo quid est, quidquid est?*

Uznání dobroty a krásy stvoření: řešení problému zla

***Conf. XI,4*:**

„Hle, nebe a země jsou a volají, že byly stvořeny. Podléhají totiž změně a střídě, zatímco vše, co nebylo stvořeno, a přece *jest*, nemá v sobě nic, co by před tím nebylo ... [Nebe a země] také volají, že se nestvořily samy: ‚*Jsme, protože jsme byly stvořeny. Nebyly jsme tedy, dříve než jsme byly, takže jsme se nemohly stvořit samy*.‘ A hlas těch, kdo takto hovoří, je sama zřejmost. Stvořil jsi je tedy Ty, Pane, jenž jsi krásný, proto jsou i ony krásné, Ty, jenž jsi dobrý, proto jsou i ony dobré, Ty, který jsi, proto i ony jsou. Nejsou však tak krásné ani tak dobré ani vůbec nejsou tak jako Ty, jejich tvůrce, ve srovnání s nímž nejsou ani krásné, ani dobré ani vůbec nejsou.“

Ecce sunt caelum et terra, clamant, quod facta sint; mutantur enim atque variantur. quidquid autem factum non est et tamen est, non est in eo quicquam, quod ante non erat ... clamant etiam, quod se ipsa non fecerint: ideo sumus, quia facta sumus; non ergo eramus, antequam essemus, ut fieri possemus a nobis. et vox dicentium est ipsa evidentia. tu ergo, domine, fecisti ea, qui pulcher es: pulchra sunt enim; qui bonus es: bona sunt enim; qui es: sunt enim. nec ita pulchra sunt nec ita bona sunt nec ita sunt, sicut tu conditor eorum, quo comparato nec pulchra sunt nec bona sunt nec sunt. scimus haec, gratias tibi, et scientia nostra scientiae tuae comparata ignorantia est.

Augustin, *Conf. VII,11-13*:

„A pozoroval jsem ostatní věci, které jsou pod Tebou, a viděl jsem, že jim nenáleží naprosté bytí ani naprosté nebytí: jsou, protože pocházejí od Tebe, nejsou však, protože nejsou tím, čím

jsi Ty. Neboť vpravdě jest [pouze] to, co trvá nezměnitelně ... A jasně se mi ukázalo, že věci, které podléhají porušení, jsou dobré. Kdyby totiž byly svrchovaně dobré nebo nebyly dobré, nemohly by podléhat porušení: Kdyby byly svrchovaně dobré, byly by neporušitelné, kdyby však vůbec nebyly dobré, nebylo by v nich nic, co by mohlo podlehnout porušení ... všechny věci, které podléhají porušení, jsou zbaveny dobra. Budou-li však zbaveny všeho dobra, pak vůbec nebudou ... Cokoli je, je tedy dobré, a ono zlo, po jehož původu jsem se tázal, není substancí, protože kdyby bylo substancí, bylo by dobré ... A tak jsem viděl a jasně se mi ukázalo, že jsi vše stvořil dobré a že vůbec nejsou žádné substance, které jsi nestvořil ... A v Tobě není naprosto žádné zlo, a nejenom v Tobě, ale ani v celém Tvém stvoření, protože není nic mimo ně, co by mohlo do něj vniknout a porušit řád, který jsi mu stanovil. V částech Tvého stvoření jsou však některé věci, které jsou pokládány za zlé, protože nejsou ve shodě s některými jinými. Tytéž věci jsou ovšem zároveň ve shodě s jinými, a tak jsou dobré, stejně jako jsou dobré samy o sobě.“

Et inspexi cetera infra te, et vidi nec omnino esse nec omnino non esse: esse quidem, quoniam abs te sunt, non esse autem, quoniam id quod es non sunt. id enim vere est, quod incommutabiliter manet ... Et manifestatum est mihi, quoniam bona sunt, quae corrumpuntur, quae neque si summa bona essent, corrumpi possent, neque nisi bona essent, corrumpi possent: quia, si summa bona essent, incorruptibilia essent, si autem nulla bona essent, quid in eis conrumperetur, non esset ... omnia, quae corrumpuntur, privantur bono. si autem omni bono privabuntur, omnino non erunt ... ergo quaecumque sunt, bona sunt, malumque illud, quod quaerebam unde esset, non est substantia, quia, si substantia esset, bonum esset ... itaque vidi et manifestatum est mihi, quia omnia bona tu fecisti, et prorsus nullae substantiae sunt, quasi tu non fecisti ... Et tibi omnino non est malum, non solum tibi sed nec universae creaturae tuae, quia extra non est aliquid, quod inrumpat et corrumpat ordinem, quem inposuisti ei. in partibus autem eius quaedam quibusdam quia non conveniunt, mala putantur; et eadem ipsa conveniunt aliis et bona sunt, et in semet ipsis bona sunt.

Augustin, Conf. VII,14:

„Nemají zdravý rozum ti, jimž se nelíbí něco z Tvého stvoření, jako jsem ho neměl já, protože se mi nelíbilo mnohé z toho, co jsi učinil. Protože však má duše nebyla tak opovážlivá, aby se jí nelíbil můj Bůh, chtěla, aby nebylo připisováno Tobě to, co se jí nelíbilo. Proto jsem se připojil k domněnce o dvou substancích, ... a když jsem se pak od ní odvrátil, vytvořil jsem si Boha prostírajícího se nekonečnými prostory a vyplňujícího veškerá místa a domníval jsem se, že jsi to Ty.“

Non est sanitas eis, quibus displicet aliquid creaturae tuae, sicut mihi non erat, cum displicerent multa, quae fecisti, et quia non audebat anima mea, ut ei displiceret deus meus, nolebat esse tuum quidquid ei displicebat. et inde ieret in opinionem duarum substantiarum ... et inde rediens fecerat sibi deum per infinita spatia locorum omnium, et cum putaverat esse te..

Augustin, Conf. VII,16:

„A tázal jsem se, co je hřích, a nenalezl jsem žádnou substancí, nýbrž zvrácenost vůle, která se odvrátila od nejvyšší substance, již jsi Ty Bože, k nejnižším věcem...“

et quaesivi, quid esset iniquitas, et non inveni substantiam, sed a summa substantia, te deo, detortae in infima voluntatis perversitatem ...

